

Urbanus quintus papa indulget archiepiscopo:  
po, et capitulo Rigensi, ne vel conjunctim, vel  
divisim inviti ad iudicium evocentur. Ex Archivo  
magni ducatus Lithuanie.

Urbanus episcopus servus servorum Dei. Venera:  
bili fratri archiepiscopo, et dilectis filiis capitulo  
Rigensi salutem, et apostolicam benedictionem. Ma:  
gne devotionis affectus, quem ad nos et Romanam  
ecliam gerere improbarini, merito nos induit,  
ut vos spiritualibus gratiis et favoribus prosequa:  
mur. Vestris igitur supplicationibus in hac par:  
te inclinati, vobis tenore presentium indulgemus,  
ut preterea quarumcumque literarum apostolica:  
rum, jam forsitan impetratarum, vel in posterum  
impetrandarum ad iudicium trahi, seu evocari in:  
viti communiter, vel divisim nullatenus possitis,  
nisi de vobis in eisdem literis specialis et expresa  
mentio habeatur, decernentes, ex nunc irritum et  
inane quidquid contra indultum huiusmodi con:  
tigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum  
liceat hanc paginam nostre concessionis, et consti:  
tutionis infringere, vel ei ausu temerario contra:  
ire; Si quis autem hoc attemptare presumpse:  
rit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum  
Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incur:  
surum. Datum Rome apud sanctum Petrum se:  
sta Calendas Maij pontificatus nostri anno quar:  
to.

